

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quae ... Johanni Füllebier/ Ab afflictimis Cognatis,
Affinibus atq[ue] Amicis ... decenter parabuntur. Omnes omnium Ordinum Cives
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404470>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.,

in J. Füllebier.

Rostock. 1660.

257



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn751404470/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404470/phys_0002)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751404470/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404470/phys_0003)

DFG

12

PROGRAMMA
Quô
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrandt/ U. J.D.

Cod. Prof., Ducal. Consist: Assessor,



AD
EXEQVIAS

Quæ
Pisib[us]mo, Literatisimo, magnaq[ue]
Expectationis

JOHANNI Willebier/

Ab afflictissimis Cognatis, Affinibus
atq; Amicis
Hodiernâ horâ primâ, in Æde sanctissimæ Virginis
sacrâ, decenter parabuntur.

Omnes omnium Ordinum Ci-
ves Academicos sedulò & per-
amanter invitati.

ROSTOCHII,
Typis Haec dum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

АМЕЛИЯЯ

卷之三

THE BOSTONIAN

卷之三

卷之三

Digitized by srujanika@gmail.com

卷之三

卷之三

sur la fin de l'après-midi.

in den Vierundzwanzigsten Jahren des Herrn Christus.

2010 RELEASE UNDER E.O. 14176

Acetumque tunc possit esse quodque





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrand/ D.



Ex tot luctuosis funeribus, quæ brevi tempore comitati sumus, & quæ quotidie, proh dolor! densantur, videre licet quam fallax, quam incerta, quam vana & instabilis, quam brevis deniq; sit hæcce mortalium vitæ. In cuius miseram conditionem ac continuam fere ejusdem vicissitudinē accuratio res animi conciliens oculos ANONIMUS Philosophus, admiratus est vehementer, futilissimam plororumq; hominum stultitiam, qui perpetuò tanquam victuri, aut cum annosō Nestore, tot hominum exacturi secula, sine mortis vel tantillâ cogitatione, brutarum adinstar pecudum ætatem transigunt. Et idem ipse aliquando interrogatus, qualis esset hominum vita? Quum parumper se ostendisset, mox se abscondit. Quoquè nil aliud significare voluit, homo sapientissimus, quam quod momentaneis caducarum rerum figuris intenti, tanquam spectatores, mox alio commigraturi, in hac mundi scena sedemus. Quapropter recte & SOPHOCLES cum simulacro atq; umbris hominum ineptias comparavit; recte rem calamitosam

unum-

unumquemque nostrum HERODOTUS dixit; recte miserum mortalem HOMERUS appellavit; recte EPICUL-
RUS, contra cetera omnia vallum aliquod inveniri, at contra mortem nos omnes urbem habitare immunitam affirmavit. Et rectissime ceteri sapientes, vallem lachrymarum, fortunæ lusum, inconstantia imaginem, calamitatis trutinam, hominem & vitam illius nuncuparunt. Sed quid verbis prolixioribus opus est? Satis luculentum vitæ caducæ, humanæque fragilitatis exemplum, in se ipso, Nobis, hodiernâ die exhibit. Laudatissimus Juvenis ad gloriam decusq; natus & educatus JOANNES Füssebier / quem properantior vis & inclemensia Fati, vernantem flore jucundæ juventutis, non absquæ ingentis cognatorum, amicorum, bonorumque omnium mœrore, è cætu viuentium abripuit. Qui A. D. 1636, hic Rostochii, vitam hanc mortalem auspicatus est. Parentibus ac Majoribus Honestissimis atq; Clarissimis. Patre scilicet JO-
ANNE Füssebier / Cive ac Mercatore hic præcipuò. Ma-
tre CATHARINA Wegeners / pientissimâ affectusque erga calamitosos verè Christiani fœminâ. Avo Pater-
no, JOHANNE Füssebier / Cive itidem ac Mercatore Rostochiensi præstantissimô. Aviâ paternâ BARBARA Kegelmans / sexus fœminei decore Eximio, & quæ præclaram, ab Optimis & Honestissimis Majoribus Gustro-
viiq; degentibus duxit originem. Avo maternô, Viro Spectatissimo & prudenti, DN. JOHANNE Wegener / Cive quondam & Senatore hujus Urbis primariô. Aviâ Maternâ GERTRUDE Dethloffs / Fœminâ vitæ & mo-
rū elegatia celebratâ. Plures verò Majores splendidis vir-
tutum ornamentiis decoratos, recentere cum superfluum esse autem, ad vitam ejus integrimam, mortemque sanctissimam propero. Qui postquam CHRISTI JESU
membris

membbris per sacram Baptismi lavacrum cooptatus fuisse,
vixque pueritiam modestissimam absolvens, parentibus
(Patre prius Matre post) desideratissimis, simul cum
dilectissimis quatuor Sororibus, (quae jam illius, uti sui
exoptatissimi ac jucundissimi Fratris obitum deplorant)
nimis tempestivè orbatus fuisset, Vir prænominatus
DN. JOANNES Wegener / Senator hujus Urbis præci-
puus, Avis ejus Maternus, simul cum Honestissimâ suâ
Conjuge, eundem ipsum, cum quatuor Sororibus Orpha-
nis, in suum verè paternum, Divinâ sic dispensante Pro-
videntiâ, patrocinium curamque receperat, & ad DEI præ-
primis cultum ac pietatem fidelissimè educari, atque insti-
tui curaverat. Et cum Vir hic Optimus ac æternâ dignus
laude, hunc piissimè denatum, ad studia artesque liberales
idoneum esset adverteret; illum in primis, in hac Scholâ
patriâ, in literarî primordiis diligenter informari præce-
pit. Qui cum ad maturiore paulò devenisset ætate, ad ma-
jora in literis & linguis fundamenta jacienda, mediorum
illorum, quae ipsi Divina conservaverat benignitas, sub-
sidiò, A. D. 1651, ad Scholam Lipstadiensem in Westpha-
liâ doctissimis instructam præceptoribus, fuit amanda-
tus; in qua ille per biennium subsistens, insignes sub Clas-
sissimi **DN. M. Hempelii**, quondam hic sui Præceptoris,
hincquè ad munus illius Scholæ primarium evocati in-
formatione, in studiis & artibus fecit progressus; eoque
diligentem suam (quam scientiis & linguis havaverat,) operam
promovit, ut non jam vulgaribus ac trivialibus
Scholis, sed Nobilissimis ac Publicis Virtutum, Sapien-
tiæ, atque variarum scientiarum Sacrae semet dignum
declaraverit. Quocircà, cum consensu suorum Contan-
guinorum, quos velut parentes impensisimè coluit, con-
stituit se in primis ex Scholâ Lipstadensi, ad Academiam
Helm-

Helmstadiensem, ibidemq; per biennium, totum se Vir-
tuti & doctrinæ devovit; indè Jenam, Lipsiam, Witte-
bergam, inclita Musarum Emporia concessit, & ubique
toto nixu studiis literaturam insistens, nunquam ab ipsis
feriani consuevit. Anno interim 1656, postquam ille
prædictus Avus ejus Paternus Vir honoratissimus, mor-
talitatem depositisset, suorum tutorum placito, patriam
suam amantissimam repetiit, & in hoc celebratissimo Li-
cèò Collegia Theologica, magnâ sedulitate frequen-
tit, publicas Disputationes binis vicibus, non cum exi-
guâ gloriâ absolvit, nihilq; ardenter expetiit, quam ut
gandem (non parvo jam tempore in Patriâ consumpiò)
post præterlapsa Paschatos festa, ad peregrina proficisci
loca, in illisq; sua felicius cōtinuare studia potuisset. Sed
præsens temporum proh dolor! calamitas, egregia ejus
retardaverat semper proposita, ueq; flagratiâ Juvenishu-
jus integerrimi cādidiſſimiq; vota, exptato cūtū extin-
guere valuerat. Qui (quod maximè est stupendum) cer-
tissimum ex hac vitâ discessum, ante aliquot septimanas,
Divino quasi æstiō percitus sibi præagiens, die 28. Apri-
lis imbecillitatem virium, corporisq; infirmitatem con-
traxit; in quâ nihilominus piissimè denatum & optimæ
indolis Juvenem JOANNEM von Thienen (exChristia-
nō singulariq; affectu) ex albo mortalium erasum, comi-
tari usq; ad tumulum non intermisit. Hoc a. piissimo
opere devotissimè peracto, rediit domū longè infirmi-
or, & præ foribus fatale vitæ suæ tempus adesse cordatis-
simè prædicens, in lectum lethalem semet deposito-
rit. Quamvis autem varia medicamenta ex Ordinatione Ex-
cellentiss. & Experientiss. D.N. Lubbers / Medicinæ Do-
ctoris, Amici colendi usurpaverit; illa tn. ingentē morbi
ejus vehementiā expugnare non potuerūt. Quocircà ex-
aggeratae virtutis & indolis Juvenis hic, vitâ longiori

(quod mirandum in juvēne, int̄ tam florente cōstituto,
ætate) planè fastidivit. Mundi hujus illecebras coram
adstantib⁹ planè abominatus, ut ab illis ipsis pectora sua
removerent, liberè antè vitæ agōnem illosmet ipsos ad-
monuit. Et jā fermè cœlestis gloriæ primitias degustans,
omniq; hujus mundi vanitati, magnanimō corde valedi-
cens, Virūm Reverendum, Clarissimum, D N: NICOL-
AUM RIDEMANNUM, SS. Th. Licentiatum, Pa-
storem ad Divæ Virginis Ædem vigilantissimum, uti a-
nimæ suæ Curatorem ad se vocari curavit; quamvis ve-
rò sanctissimo illo die Veneris, quō amarissimam Christi
JESU crucifixionē sanctâ Ecclesia religiosissimè recole-
bat, animam suam piissimam, preciosissimo Corporis &
Sanguinis Salvatoris pabulo refecerat, illud nihilomin⁹
secundā vice, nemp̄ die 6. Maji nup̄ elapsō, cum sum-
mā animi devotione expetitum, ab eodem Viro Reve-
rendo sum̄ sit. Tandem inter continuas sanctissimasquæ
preces ac lectiones; quas ipse cœlestis tunc vitæ candi-
datus, summoperè urgebat, præterito die 7. Maji, mediā
nona vespertinā, præsentibus Consanguineis, Affinibus
& Amicis, placidissimè, & beatissimè, absq; ullō mortis
iudiciō, ex hoc corporis ergastulō secedens, semet cœle-
stium consuetudini immiscuit; postquam ætatem anno-
rum saltem 24. & 7. mensium explevisset. Cujus tam ce-
leri ex hoc mundo abscessu, velut gravissimō vulnere af-
flicti quidem estis, Consanguinei, Affines, Amiciq; in hac
Republicā, multijugā Virtute præcellentes; cui, ob illius
Virtutes eximias, longiores longè, cordicitus exoptastis
annos: Verum tamen, modum vestro quanquā pio mœ-
riori imponite. Et quia cognatus vester, Affinis & Ami-
cus, JOANNES Füllsbier/ enavigavit citius ē terrarum
Syribus, & vitæ hujus periculatos scopulos præterve-
ctus

Etus, nunc optatissimâ statione perfruietur, Unicūm affi-
etæ mentis perfugium CHRISTUM JESUM accedite;
& ad minuendam jure merito animi ægritudinem cogita-
te, non quem amiseritis, sed qualibus bonis gaudet
Optimus hic Juvenum, quem amissum lagetis; nec mi-
nus illius felicitati sempiternæ, quam jacturæ vestræ sen-
su commoveamini. Cujus lectissimi Juvenis Corpus,
insignis diversorum animæ, quandoquidem horâ, hodi-
erñæ diei primâ, tumulô, in templô intemeratissimæ
Virginis sacrô destinatô, cōponi debet; In quô extremam
mortuorum præstolabitur Resurrectionem. Omnes jam
Cives Academiæ, suis titulis honoratissimos amanter ro-
go, & sedulò adhortor, ut illud, ad prædictæ S. Ædis Se-
pulchrum frequentes sequamini, & Juveni huic præstan-
tissimo, tantaq; & ferè rarâ pietate occubenti, solennita-
te splendida exequias eatis; cōq; ipsò, Cognatos ejus, Affi-
nes, & Amicos hoc casu inopinatō ipsius tristissimos, con-
solemini; cuius dulcissimâ præsentia, ac ulteriori sua-
vissimâq; societate prolixius frui, asperrium fatum, vel
satius, (ut corrigam verba mea) D E U S O P T I M U S
M A X I M U S, qui vitam mortemq; omnium, pro infinitâ
suâ Sapientiâ, & pro clementissimô arbitriô dispensat,
haud permisit. P. P. Sub Sigillô Universitatis
d. 10. Maji. A. D. 1660.

Convenient Universitatis Cives hodiernâ horâ I.
in Templô Deiparæ Virginis.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn751404470/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404470/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn751404470/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404470/phys_0015)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn751404470/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751404470/phys_0016)



(quod mirandum in juvenc, in tam florent
ætate) planè fastidivit. Mundi hujus ille
adstantib⁹ planè abominatus, ut ab illis ipsi
removerent, liberè antè vitæ agonem illos
monuit. Et jā fermè cœlestis gloriæ primiti
omniq; hujus mundi vanitati, magnanimō
cens, Virūm Reverendum, Clarissimum, D
LAUM RIDEMANNUM, SS. Th. Lice
storem ad Divæ Virginis Ædem vigilantis
nimæ suæ Curatorem ad se vocari curavit;
rò sanctissimo illo die Veneris, quō amaris si
JESU crucifixionē sanctâ Ecclesia religiosi
bat, animam suam piissimam, preciosissimam
Sanguinis Salvatoris pabulo refecerat, illuc
secundâ vice, nempè die 6. Maii nuper elap
mà animi devotione expetitum, ab eoder
rendo sumvit. Tandem inter continuas san
preces ac lectiones; quas ipse cœlestis tun
datus, summoperè urgebat, præterito die 7.
nona vespertinâ, præsentibus Consanguineis
& Amicis, placidissimè, & beatissimè, abs
indiciò, ex hoc corporis ergastulô secedens
stium conluctudini immiscuit; postquam a
rum saltem 24. & 7. mensium explevisset.
Ieri ex hoc mundo abscessu, velut gravissim
fleti quidem estis, Confanguinei, Affines,
Republícâ, multijugâ Virtute præcélentes
Virtutes eximias, longiores longè, cordici
annos: Verum tamen, modum vestro qua
rori imponite. Et quia cognatus vester,
cū, JOANNES Füllerbier enavigavit cit
Syribus, & vitæ hujus pericululos scopu



the scale towards document

092

Serial No.

TE63

Image Engineering

Scan Reference Chart

UTT

Patch Reference number on UTT